

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel


Carolsruhae, 1765

CLVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

nah sant Gallen nes des Jares do man zalt von Gottes Geburte zweilfhundert Jar, unde sehsu, unde sbinzigge.

Nota. Libertatem hanc Friburgensis Civitatis, soli Sculteti sui iudicio obnoxia, Albertus I. Imp. die Sat. ante S. Bonifacii 1301. ad Heidelbergam renovavit, rogante Friderico, Episcopo Argent. Servatur Diplomatis quoque hujus autographum in tabulario Friburgensi.



CLVIII.

RUDOLPHUS I. MARCHIO VERONENSIS (BADENSIS)
 CONSENSU FILIORUM SUORUM PARTHENIO LUCIDÆ
 VALLIS DECIMAS IN ETHENINGEN
 CONFERT.

A N N O M C C L X X V I I .

Ex tabulario Bada-Durlacensi.

Nos RUDOLPHUS Dei gratia *Marchio Veronensis, Dominus de Baden*, tenore præsentium profiteamur & constare volumus universis præsentibus & futuris, quod nos accedente consensu *Hermanni Rudolphi, Hessonis & Rudolphi, filiorum & heredum nostrorum* medietatem decimæ in oppido Ettligen, quæ à retro actis temporibus nobis & nostris progenitoribus attinebat, & competere videbatur, in personas religiosas, Abbatissam videlicet, & conventum Sanctimonialium Lucidæ vallis ordinis Cisterciensis Spirensis Diocesis, ob devotionem, quam

ad ordinem habemus, transtulimus bonâ & liberâ voluntate, &c. Te-
stes Cunradus & Rudolphus fratres nobiles de Roffewag, Rheinhardus
Kymo de Baden, Dietherus Rodarius &c. Ut hæc robur habeant firmi-
tatis sigilla, nostrum videlicet & focii nostri Domini Othonis Senioris
de Eberstein præsentibus sunt appensa. Datum & actum in oppido
Befenkeim. Anno Domini MCCLXXVII. Idus April.

CLIX.

EXCERPTA EX CHARTA, QUÆ HERMANNUS VII.
MARCHIO EJUSQUE FRATRES RUDOLFUS ET HESSO
CASTRUM LINDENFELS IN COMITEM PALATINUM
TRANSFERUNT.

ANNO MCCLXXVII.

*Ex collectione diplomatum Württembergica, in causa equestri edita, Reichsständische
Archival Urkunden diſſa, P. I. Sect. III. Cap. IV. pag. 449.*

Nos Hermannus, Rudolphus, & Hesso, Marchiones de Baden, præsen-
ti scripto profitemur & notum facimus presentibus & futuris hanc
literam inspecturis, quod magnifico principi Domino, & Avunculo meo
charissimo, illustri Lodouico Comiti Palatino Rheni Duci Bavarizæ,
castrum nostrum Lindenfels quod titulo proprietatis nos respiciebat & quod
a patre nostro in portione debita nobis cessit, qui nobis idem castrum cum suis
attinentiis, nec non alia bona sua, secundum ius & consuetudinem terræ tra-